




**S. Odilo Abbas. Cura defunctorum**

**[Köln], [1654]**

S. Dorothea Virgo M. Desiderium cælestium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](#)



## S. DOROTHEA VIRGO M.

*Desiderium cælestium.*

Da nobis, Domine, per S. DOROTHEAM Virginem ac Martyrem, terrena despicere, & desiderare cælestia; qui per illam tribuisti S. Theophilo ad paradisi tui delicias contempta morte pervenire.

*Ora pro mundi amatoribus.*

6

cios Jes  
li gener  
quand  
s Tayco  
Christi  
duci cr  
cum d  
JOAN  
orum i  
or JAC  
em Japo  
Religio  
ribus i  
ulæ. Cu  
lum eff  
27 spati  
us alliga  
ecoron  
, unive  
no etia  
uratissim  
ost anno  
ut Chri  
& Offic  
e Domini

VI FEBRUARII.

DOROTHEAM, Virginem Christianam  
Præsidi Saprio, Cæsareę in Cappadocia adduxerant impii. Is, deos ridentes  
extendi in catasta jubet, sed frustra. Tu  
Christæ atque Callistæ, ejus nuper sodalibus,  
ad idololatriam prolapsis, pervertendam tradit; alio quam sibi proposuerat sucessu.  
Nam DOROTHEA monitis reducenda  
unde recesserant, sic animatæ sunt, ut gauderent expiare flammis culpam, Christi  
Martyres factæ. Ipsam iterum torturam ducitur capite minuenda, interpellat  
Advocatus Theophilus; & multa de Sponti  
sui paradiſo locutam, ut inde sibi fructus  
aliquid mittat, joco rogat. Annuit sancta  
Virgo sancta, & caput ferro subjicit. Cu  
ecce, promissa sibi facta inter socios ridens  
adest elegans juvenis, in canistro porta  
flores ac poma; munus, ut ajebat, sponsi  
Christi DOROTHEA. Quod ille simul a  
fide accipiens, eamdem palam profiteretur  
& varie tortus, Martyr efficitur. Rem  
Diocletiani tyrannide actam, passim ver  
scripta narrant.

*Quæ sursum sunt querite, quæ sursum  
sunt sapientē, non quæ super terram. Col. 3.*